

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

33. De priuilegijs quib. Legati gaudent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

sed recocationem ignorans, valent? Respondeo, valere, ut colligatur ex iis, quae tradunt Joannes Andr. in Clem. i. derventione. Cald. in l. Barbatius, vers. Item quaro aliquis, ff. de offic. Prato.

C A P. XXXIII.

De Priuilegiis, quibus Legati gaudent.

D E hac re agit Scuia de Beneficiis part. 2. que ff. 3. num. 13. ubi primum priuilegium numerat, quod ipsum per leggentes in trinqua septem penas incurunt, ut colligatur ex cap. Felices, deponis in sexto, & Clem. si suadente eod. it.

Secundum Priuilegium: Quando Cardinales sunt Legati, conferre possunt Beneficia, etiam ad Papam deuoluta. Glossa in Extrauagante Iohannis 21. que incepit. Excrebilius, de prob. in verb. sublimitatem.

Tertium Priuilegium: Legati possunt absoluere eos qui sunt excommunicati, eo quod manus violentas in Clericis inicierint. cap. Ad eminentium, de sent. excomm. ut dixi superius.

Quartum Priuilegium: Legati possunt egressi possunt ut in ignis Apostolicæ dignitatis, videlicet equo albo, vestibus rubris, freno, calcaribus aureis. Hestien. in c. Antiqua de Pris.

Quintum Priuilegium: Legati possunt dici Pattiti, Glossa in prial. extrava. Excrebilius, in verb. sublimitatem.

Sextum: Prelati Cardinales centent pars corporis Papæ more Senatorum. Glossa loco citato.

Septimum Priuilegium: Cum primum creatus est Legionarius, centetur solitus omni vinculo patriæ potestatis. Glossa in eod. loco quem retulimus.

Oct. uum Priuilegium: Cardinali assertenti se esse Legatum Apostolicæ Sedis, creditur ab ille litteris, de hoc dixi superius.

Nonum Priuilegium: Legato Cardinali creditur ab actis in his, quæ coram eo facta sunt. Hæc Priuilegia recenter Glossa in dicta Extrauag. Sed ex his, quæ hæc tenus dixi, multa alia Priuilegia Legatis concessa colliguntur.

C A P. XXXIV.

De officio, & Potestate Conservatoris.

N Villus est in iure Canonico titulus de Conservatore officio, aut potestate, sed de eo agitur cap. 1. & vlt. de offic. iudicis deleg. in sexto.

Primo queritur, Quisnam appellatione Conservatoris intelligatur? Conservator est Iudex à Papa datus ad defendendos aliquos contra manifestas iniurias, iudiciali non venientibus. & statutum de offic. iudicis deleg. in sexto.

Secondo queritur, An Conservator sit Iudex Ordinarii, an delegatus? Archid. & Ioan. Andr. & alii in cap. 1. de offic. iudicis deleg. in 6. aiunt esse Iudicem delegatum, ut colligunt ex cap. 1. & vlt. de offic. iudicis deleg. in sexto.

Tertio queritur, Quo sunt genera Conservatorum? Ioan. Andreas cap. 1. citato ponit tria genera Conservatorum: Aliqui dicuntur, inquit, contra Lazrones. & predones: ali qui contra eos, qui priuilegia quibusdam concessa perfringunt, aut violant: Aliqui dantur contra iniurias, & offendas manifestas. Et in his casibus iudiciali indagine non vntuntur, sed non procedunt quasi dubii de veritate vel iustitia, ut ait Glossa, per iudiciale causam cognitionem sive examinationem: ut inferius dicam.

Quarto queritur, Quisnam possit dari, sive constitui Conservator? Possunt Conservatores dari episcopi, & eorum superiores, item abbates: & ii, qui in Cathedralibus, vel Collegiatis ecclesiis habent dignitates, vel personatus: Alii vero iure dari non possunt, cap. vlt. de offic. iudicis deleg. in sexto. Item non potest quis esse Conservator sui Conservatoris, aut sui Domini, in cuius dominio, & potestate est, exceptis Conservatoribus, qui dantur Regibus vel Principib. cap. vlt. de offic. iudicis deleg. in sexto.

Quinto queritur, Quo differat Conservator, & Index delegatus? Joannes Andreas in cap. vlt. citato de offic. iudicis deleg. in sexto.

leg. in sexto, dicit in multis differre, quæ ex illo e. colligit. Primo, quia Iudex delegatus, potest esse Canonicus ecclesiæ Cathedralis, Conservator non item. Secundo, quia eius, qui mihi datus est Iudex delegatus, possum esse Iudex delegatus in alia causa salvo iure recusationis; sed eius qui mihi datus est Conservator, non possum ego esse Conservator, etiam si apponatur exceptio. Tertio, salvo iure recusationis, eum qui est mihi subditus, possum petere, & impetrare Indicem delegatum, Conservatorem non item. Quarto, Iudex delegatus a Principe, causam sibi demandatam, & commissam, potest alteri ex toto, vel ex parte committere. cap. Pastoralis, de offic. Iud. deleg. sed Conservator non potest. Quinto Iudex delegatus etiam si se in gerat in his, quæ non sunt iurisdictionis, non sufficit pena in praedicta capite constituta, quia hoc non inuenitur expressum in iure, secus est de Conservatore. His exceptis, inquit Joannes Andreas, in ceteris Iudex delegatus & Conservator conuenient.

Sexto queritur, Cuius sit Conservatorem dare? Est inquit Joannes Andreas in cap. 1. & vlt. de offic. Iud. deleg. in 6. Romani Pontificis, non Apostolici Legati, etiam à latere.

Septimo queritur, Quidam possit Conservator ratione officii quo fungit? Potest cognoscere de iniuriis, & violentiis solum manifestis cap. 1. & vlt. de offic. Iud. deleg. in sexto. Porro manifesta iniuria intelliguntur ex, quæ ita notoria sunt, ut nulla probabili tergiversatione celari queant. cap. Ex parte, de verbis signif. Vnde de iniuriis dubiis cognoscere nequit: illæ enim sine indagine iudicari non possunt: & Conservator indagine non vtratur. c. 1. de offic. deleg. in sexto. Quid si initio dubitet Conservator iniurianit manifesta, & an ad suam iurisdictionem, & forum spectet? Tunc revera potest inquirere, ut sciat, an sit notoria iniuria, & an sit sua iurisdictionis. Quid iridem, si is, iniuriam intulit, neget eam esse notoriæ? Tunc quamvis negatione res videatur fieri dubia. l. 3. C. Quibus ad libertatem proclam. non licet. Potest Conservator testes, & probationes recipere ad cognoscendum, an iniuria illa sit notoria: si enim sciet, pertinet nec ne ad suam iurisdictionem, quod quilibet Iudex potest cognoscere. l. 3. ff. de iudic. alioquin inutile esset eius officium. cap. super litteris, de scriptis. & l. Si quis ff. de iud. & si factum notorium invenire, procedat: si minus, à procedendo desister, quia ius non habet defendendi simpliciter iniuriam, sed notoriam duntaxat. Item potest vocare reum, qui si factum confiteatur, tunc Conservatoris iurisdictioni subiicitur: eo vero negante factum, probationes admittet, ad sciendum, sit, nec ne notorium f. Clam.

Quæ res, quid dicendum, si reus confiteatur quidem se fecisse, sed suo iute vsum fuisse? Tunc quidam censent, Conservatorem non posse contra cum procedere: sed alii probabilius opinantur posse eum testes, & probationes admittere ad cognoscendum, an sit iniuria notoria, ut colligitur ex bona, de electio. Alioquin enim facile reus Conservatoris iudicium effugeret.

Si iterum queratur, An sit Conservatoris, defendere non solum ab iniuria notoria, quæ est illata, sed etiam ab ea, quæ probabilitate creditur inferenda? vt si quis paratus sit ad inferendam iniuriam his, quibus datus est Conservator. Potest, inquit, Ioan. Andreas, tunc prohibere ne iniuria inferatur, & potest excommunicare & punire. & sacris, de sent. excom. Si autem iniuria fuerit illata, potest per censeras ecclesiasticas compellere reum ad satisfactionem idoneam exhibendam.

Quid si reus factum quidem fateatur, sed neget esse notorium? Potest tunc Conservator procedere ad sententiam ferendam, quia per confessionem factam a reo in iudicio, delictum notorium est. c. Vesta. & cap. vlt. de Cohabit. Cleri. co. & mulierum.

Otavo queritur, Quem modum tenere debeat Conservator in procedendo? Respondeo in primis: Quamvis iudiciali indagine non vtratur, habet tamen in notoriis omnem iurisdictionem, omnia enim, sine quibus